

65

tio nostra. cum patre & cum filio eius in Christo. Et alibi.
Communicatio spiritus sancti. cum omnibus vobis. Sicutur
una pax. una gratia. una caritas. una communica-
tio est patris & filii & spiritus sancti. una certe operatio est.
Et ubi una operatio est. utique non potest virtus esse
divina. discrete substantia. Nam quomodo operati-
onis eiusdem gratia conuenire. Quisigitur uni-
tatem negare audeat nominis. cum operationis
videat unitatem. Sed quid ego unitatem nominis
argumentis astruo. cum diuinę vocis euidentis testi-
monium sit. unum nomen esse patris & filii & spiritus
sancti. Scriptum est enim. Ite baptizate gentes in
 nomine patris & filii & spiritus sancti. In nomine dixit. non
in nominibus. Non ergo aliud nomen patris. aliud
nomen filii. aliud nomen spiritus sancti. quia unus deus. non
plura nomina. quia nonduo dei. non tres dei. Et
utaperire. quia una diuinitas. una maiestas est.
non in alio nomine venerit filius. in alio nomine
spiritus sanctus. Ait ipse dominus. Ego veni in nomine patris
mei. & non accepistis me. Si alius venerit in nomi-
ne suo. illum accipias. Quod autem nomen patris